



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



10523

e.

7







133

DE  
CHALDAICIS ONQVELOSI IONATHAEQV  
VERSIONIBVS VET. TEST  
LITTERARVM HEBRAICARVM SCIENTIA  
INTELLIGENTIAEQVE LIBRORVM  
DIVINORVM ADIVTRICIBVS  
PROLVSI O  
ORATIONI LATINA

PRID. KAL. IANVARIAS A. C. CIDIDCCCLXXV

HORA V. VESPERT

IN SCHOLA THOMANA

H A B E N D A E

P R A E M I S S A

A B

I O H. F R I D E R. F I S C H E R O  
R E C T O R E

10523 e.7

Indian Institute, Oxford.

**THE MALAN LIBRARY**

PRESENTED

BY THE REV. S. C. MALAN, D.D.,

*VICAR OF BROADWINDSOR,*

January, 1885.





## Q. B. V



Magnitudo leuitatis inconstantiaeque humanae, ut in omni fere alio genere, ita etiam in ratione ediscendarum linguarum veterum, satis elucet. Nam qui Graecae quidem Latinaeque linguae scientiam comparare sibi idoneam velint, qui libros vtriusque sermonis recte intellegere cupiant, ab iis, nemo facile ita sultus et temerarius reperitur, qui censeat, Lexica tantum aliosque libros recentiorum Grammaticorum consuli, versiones item scriptorum veterum, vel Latinas, vel vernaculas, inspici, debere: immo omnes videmus studiosis Graecarum Latinarumque litterarum auctores suasoresque existere, ut Grammaticos veteres, qui, vel singulorum verborum formularumque potestatem explicarint, vel libros integros enarrarint, studiose adeant; ut, quum lingua Latina fere omnis e Graeca, tanquam riuus e fonte, fluxerit, libros vtriusque generis diligenter inter se contendant; ut locos Graecorum scriptorum





ab Cicerone aliisque auctoribus Latinis explicatos accurate cognoscant. Neque vero reperiri quenquam rei peritum arbitramur, qui hanc linguae Graecae Latinaeque discendae rationem villo modo reprehendendam statuatur: qua utinam uterentur omnes etiam in collegendis contrahendisque sermonis Hebraici copiis! Huius enim linguae in studio plerique etiam nunc ita versantur, ut, neglectis adiumentis auxiliisque aliis omnibus, ad auctoritatem scilicet et sapientiam recentiorum Lexicorum confugiant: horum ope confidunt se consequuturos esse eam et verborum formularumque, et omnino ingenii atque indolis linguae Hebraicae, scientiam, ut possint libros diuinos Veteris Testamenti et intellegere facile et accurate explicare. Quae quidem horum hominum spes quam vana sit quamque inanis, vel exempla eorum satis loqui putamus, qui, illam ipsam viam in congerendis opibus Hebraicis sequuti, non potuerint ad eam linguae Hebraicae cognitionem peruenire, quae doctis et intellegentibus iudicibus probaretur. Hi enim et vident praeclare, et recte statuunt, opus esse ei, qui florere laude doctrinae Hebraicae velit, auxiliis et pluribus et firmitioribus. Etenim diligenter cognoscendae sunt copiae reliquarum Orientis linguarum, Arabicae in primis et Syriacae atque videndum, quid in iis reperiatur, quod valeat ad indagandam patefaciendamque orationis Hebraicae vim et naturam. Neque tamen noua videri debet cuiquam haec ratio et inusitata, quae nostro demum saeculo reperta sit atque prolata: immo valde antiqua est quam Kimchius aliique Iudaei doctissimi, ante multa saecula et ipsi studiose sequuti sint in inuestigandis verborum Hebraicorum notionibus, \*) et aliis diligenter commendarint; sed

\*) 1 Reg. 1, 3 legitur verbum verbi interpretationis, quae haud du-  
 סוכה: quod Kimchius a quibusdam hic verissima est, adiuuandae causae  
 interpretibus ita accipi monet, ut addit, כן בלשון ערב לרוב הם יאמרו  
 idem sit, quod מרמזת et, huius: כן

quum ablecta diu et obsoleta iacuisset, protracta est denuo in  
 lucem a nonnullis librorum diuinorum interpretibus nostrae  
 patrumque nostrorum memoriae, et ita ornata, vt noua nunc  
 vulgo atque inuisitata videatur. Sed, praeteripsius Arabicae  
 Syriacaeque linguae opes, ab studiosis Hebraicarum litterarum  
 diligenter cognoscendae sunt curioseque perspiciendae Ver-  
 sionum librorum diuinorum veterum copiae, et orientalium,  
 et Graecarum, quaeque e Graecis fontibus propemodum to-  
 ta manauit, Latinae. Harum enim Versionum auctores in  
 promptu est tanta linguae Hebraicae scientia fuisse praeditos,  
 vt auctoritas eorum hoc in genere non minor videri debeat,  
 quam in libris vtriusque linguae intellegendis et enarrandis  
 veterum Grammaticorum, qui scholiastae nominan-  
 tur, auctoritas. Atque ad huius praecepti normam direxisse  
 reperiuntur superioribus saeculis suam in explanandis libris  
 diuinis operam doctissimi homines, Drusus, Fullerus,  
 Grotius, Ludouicus Deus, et alii, ita, vt veritatem eius at-  
 que vtilitatem multiplicem mallent re ipsa declarare potius, et  
 demonstrare studiosis, quam immodica ventosaeque loquacita-  
 te laudare et commendare. Sed haec ducum prudentissimo-  
 rum vestigia nuper sequi omisit stulta multorum mollities, ita,  
 vt etiam nunc inueniantur, qui, spretis Versionum veterum  
 auxiliis, omni studio ad recentiores Versiones, vel Latinas,  
 vel vernaculas, confugiant, quarum ope se ad idoneam libro-  
 rum diuinorum intelligentiam peruenire posse sperent. Quae  
 quidem noua stultitia ne officeret amplius sapientiae antiquae;  
 vt adulescentes in primis verae grauisque doctrinae cupidi vi-  
 derent, nihil fere boni ab recentioribus librorum diuinorum  
 interpretibus allatum esse, quod non iam in Versionibus eo-  
 rum veteribus reperiretur; vt excitarentur ea re omnes, vt  
 adirent fontes antiquae grauitatis, atque ex iis haurirent, le-  
 uitatis nouae riuos vulgo relinquerent: institimus annis ab-  
 hinc



hinc non multis paulo diligentius disputare de magnis et  
 tis vtilitatibus, quas capere possent e studiosa accurataque  
 sionum Graecarum Veteris Testamenti lectione, cum omni  
 indagatores naturae sermonis Hebraici, tum in primi  
 brorum sacrorum interpretes. Neque tamen in tota illa di  
 tatione id spectauimus, vt interpretes Graecos nusquam  
 rasse, ybique sententiam scriptorum diuinorum assequi  
 esse, vinceremus; hoc enim docere velle, aequè stultum  
 intellegebamus, atque defendere conari omnem omnis e  
 ris suspicionem ab auctoribus earum Versionum, quibus  
 Christiana nuperrime aucta esset: immo egimus maxime  
 vt pateret omnibus, ope et indicio Versionum Graecarum  
 praesertim si copiae et auxilia reliquarum linguarum Orie  
 adhiberentur, potestatem verborum Hebraicorum, cum sin  
 lorum, tum iunctorum, reperiri facile; sententiam multo  
 locorum certo indagari; lectionem denique veram, vel  
 rite, vel rectè confirmari, posse. Quae quidem omnia  
 ramus a nobis ita explicata esse, eaque exemplorum cuius  
 generis luce illustrata, vt nemo, qui Graece doctus sit,  
 insigni illa multiplicique vtilitate Graecarum Versionum de  
 rare vilo modo possit. Et profecto non parum laetant  
 multorum adulescentium liberalium animos disputatione  
 stra incensos esse tanta cupiditate tantoque studio Graecorum  
 interpretum, vt, omissis Lexicis aliisque libellis vulgaribus  
 Graecas potissimum Versiones adeundas sibi consulendas  
 in libris Hebraeis legendis, censerent. Quod quidem  
 dium vt aleremus in animis quorundam disciplinae nos  
 alumnorum, maioris indolis adulescentium: aggressi sumus  
 superioribus mensibus vernis, Commentarios de rebus et  
 tis regum Iudaeorum, a Iudaeis Alexandrinis ex Hebraeo  
 mone in Graecum conuersos, ita interpretari, vt nota  
 do caeterorum interpretum Graecorum reliquias, et Ver

nem Latinam veterem, adhiberemus, sed Iosephi quoque, eruditissimi Iudaei, Archaeologiam, Chaldaicamque Ionathae Versionem, cum oratione Hebraica compararemus. Neque enim ignorabamus, esse inter eos, qui cognoscere coepissent ingenium linguae Chaldaicae, et videre auerent, quid tandem utilitatis afferret interpretibus librorum Veteris Testamenti cognitio huius linguae, quam nos studiis adolescentium liberalium tam saepe et tam acriter commendassemus. Et profecto, aut fallimur, aut effecimus lectionibus nostris, ut magnitudinem utilitatis litterarum Chaldaicarum satis cognoverint: quam non dubium est, quin, procedente tempore, si accesserit studii et diligentiae assiduitas, aliquanto etiam magis cognitari sint. Sed ut excitaremus in aliorum quoque adolescentium animis earundem litterarum studia; quae sane vehementer dolendum est iacere nunc tantopere: constituimus de utilitate magna Versionum Onquelosi et Ionathae, quae ad libros diuinos historicos pertinent, in cognoscenda lingua Hebraica, ita differere, ut doceamus, ex his non modo singulorum verborum Hebraicorum vim, siue ea certa sit et fixa, siue vaga et incerta, sed etiam multarum eiusdem generis formularum dicendi potestatem, omninoque multorum locorum Veteris Testamenti sententiam, cognosci hauriri que et facillime et optime posse. Etenim quum istorum hominum aetas inciderit in ea tempora, quae a vita, ut ita dicam, et usu linguae Hebraicae in consuetudine hominum cotidiana, propius abessent, ita, ut dubitari nullo modo posse videatur, quin ipsis natura et indoles huius linguae magis cognita fuerit et perspecta, quam omnibus recentiorum Lexicorum conditoribus: nemo non videt, Chaldaicis Versionibus plus tribuendum esse hoc in genere, quam vniuersae libellorum vulgari turbae. Et profecto saepe optauimus, ut existeret tandem aliquando vir quidam Chaldaicae linguae scientia excellens,

qui

qui Onquelosi maxime Versionem librorum Moſis, modo cum libris editis primis, quorum nonnullos bibliotheca Collegii Paulini poſſidet, ſed etiam cum ſcriptis Codicibus ut Vuagenſeiliano, Regiomontano, et aliis, diligenter collectam, denuo ederet, quo aduſcentes ingenui etiam exemplarium copia allicerentur atque inuitarentur ad linguae Chaldaicae ſtudia. Neque vero noſmet ipſi dubitaremus ſuſcipere onus iſtud, niſi animum tot alii iam labores occupatum impetumque tenerent. Sic enim ſperari recte poſſet, reditura paulatim aurea illa et beata Fagii et Buxtorfiorum tempora

Sed ad propoſitum veniemus, et in demonſtranda exprecandaque Verſionum Chaldaicarum utilitate ordiemur a verbis ſingulis. Etenim אַמִּיתָא Lexica vulgaria tradunt ab Hebraeis dici *amitam*, patris ſororem, quam Graeci et πατρὸς δέλφην<sup>a)</sup> vocant et θείαν πρὸς πατρός. Quod quidem quae vere praecipitur, Onquelofus docet, qui nomen iſtud loquodam Exodi<sup>b)</sup> verbis אִמְתָּא אֵתִּיתָא interpretatus eſt. Et vocabulum אַמִּיתָא ſaepe refertur ad homines, ita, ut omnino progeniem, liberof, poſteros, ſignificet: ſed interdum ponitur ſingulis filiis. Sic Eua, quum peperiffet tertium filium, eum nominaffe legitur<sup>c)</sup> Sethum, quod deus ipſam eo donafſet pro Abele, necato a Caino fratre. Hanc enim ſententiam verborum, quae ei tribuuntur a Moſe, אִמְתָּא אֵתִּיתָא אֵתִּיתָא אֵתִּיתָא אֵתִּיתָא, idem ille Onquelofus auctor eſt qui ea ſic explicauit, אִמְתָּא אֵתִּיתָא אֵתִּיתָא אֵתִּיתָא אֵתִּיתָא. Neque vero inſolens et noua debet haec vocabuli po-

a) Vocabulum πατρὸς δέλφην in Stephani Theſauro non extat: ſed conſeruarunt illud, ut plura alia vulgo ignota verba, Gloſſaria vetera Graecolatina: quae ſane diligentius conſuli debebant ab ſtudioſis linguae

vtriuſque. In iis enim legitur, πατρὸς δέλφην Amita, et Amita, πρὸς πατρός, πατρὸς δέλφην, πατρός δέλφην.

b) Gen. 20  
c) Gen. 4, 25

stas cuiquam videri, quum Latini quoque verbis *liberi et nati* saepe vsi reperiantur de vno filio filiae. <sup>d)</sup> Sed hoc ipsum vocabulum עֲרִי nos admonet coniecturae, quam proposuimus nuper auditoribus nostris de lectione loci cuiusdam Commentariorum de rebus regum Iudaeae, qui nunc in editis quidem libris mutilatus neque integer haberi videtur. Etenim quum Salomon, filius Davidis, a Sadoco, sacerdotum principe, regno solenniter inauguratus, reuenisset in regiam; quum amici Davidis et familiares ei de successore gratulati essent: ipse Dauides legitur deo gratias egisse, quod sibi adhuc viuo dedisset successorem. Hoc enim declaratur verbis Hebraicis <sup>e)</sup> אמר המלך ברוך יהוה אל הו' ישראל אשר נתן <sup>f)</sup> היום יום שב על-כסאי ועיני רואות. Sed quum Dauiden res ipsa loquatur benignitatem dei et liberalitatem propterea potissimum celebrasse, quod Salomonem filium sibi adhuc viuenti succedere iussisset; huius enim rei certissimam spem fecerat regi deus per Nathan vatem: <sup>f)</sup> idcirco suspicamur, post nomen היום excidisse verba עֲרִי. Cuius quidem suspicionis nostrae idoneos sane auctores habemus Iudaeos Alexandrinos, quorum in Versione ille locus ita explanatus extat, εἶπεν ὁ βασιλεὺς, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, ὃς ἔδωκε σήμερον ἐν τῷ σπέρματός μου καθήμενον ἐπὶ τῷ θρόνῳ μου, καὶ οἱ ὀφθαλμοί μου βλέπουσι. Nam etsi verba ἐν τῷ σπέρματός μου ab interprete Latino vetere non sunt reddita: tamen leguntur in omnibus Codicibus Alexandrinae Versionis, adeo, vt interpolationis nomine vix suspecta esse cuiquam posse videantur. Et confirmant sane hoc iudicium nostrum verba Ionathae, Chaldaei interpretis, הנה יומא יתן בר נתן על-כרסי

d) Vid. Ducquerus ad Flor. 4, 3. 2 et Vuesterhouius ad Terent. Hecyr. 2, 1. 15.

e) 1 Regg. 1, 48

f) 2 Sam. 7, 12



מִלְכוּתִי, hoc est, *qui dedit hodie hunc filium meum successorem mihi.* Hic enim et ipse quin in Codicibus suis scriptum invenit מִזְרְעֵי יוֹשֵׁב, quis dubitet? Sed, age, proficimur ad alia verba. Hebraei enim nomen כְּבוֹד de hominibus solent ita usurpare, ut eo significantur *quaecunque alicui ornamenta.* Quo in numero quum habeantur *opes et diuitiae* mirandum sane non est, כְּבוֹד multis locis librorum diuinarum ita positum legi, ut *opes et diuitias* indicet: quemadmodum homo *locuples* ab Cicerone <sup>g)</sup> vocatur agris, aedificiis, argento, familia, rebus omnibus, *ornatus.* Filii quidem Labanis quum Iacobum, affinem suum, auctum videri opibus et diuitiis, has *opes eius* tantopere creuisse dicitur leguntur patris sui bonis et facultatibus. Moses enim facit ita conquerentes <sup>h)</sup> לְאֶמְבֵּינוּ עָשָׂה אֶת-כָּל-הַכְּבוֹד הַזֶּה, hoc est, *opibus patris nostri debet omnem illam potentiam.* Nam vocabulum כְּבוֹד non solum ab ipso Mose, eodem loco, <sup>i)</sup> permutatum est nomine עֵשֶׂר, sed Onquelosus iam explicauit illud verbo גְּכֹסִין: quo quidem *bona, facultates, opes,* ab Chaldaeis indicari, cum Alexandrini Iudaei cent, qui illud in libro Esrae <sup>k)</sup> vocabulo ὑπάρχοντα expresse, tum interpres Syrus librorum Noui Testamenti, eo ipso verbo reddidisse reperitur verba Graeca κτήματα, χρήματα <sup>m)</sup>, et ὑπάρχοντα <sup>n)</sup>. Nomini כְּבוֹד affine est vocabulum חֵיל. Eo enim de singulis quidem hominibus et ciuibus Hebraei ita vtuntur, ut, praeter corporis robur et viue fortitudinem, complectatur *omnia, quibus quis vult quibus efficere quis facile quiduis consequique potest, non tantum opes et facultates, bonitatem et fidem.* Vtriusque generis exempla, age, pro instituto nostro, afferamus. Sim

g) Catil. 2, 8  
 h) Gen. 31, 1  
 i) V. 16  
 k) C. 6, 8

l) Marc. 10, 22  
 m) Marc. 10, 23  
 n) Luc. 12, 15





verbis etiam *mancipia* comprehendi nemo facile negauerit, satis evidens esse opinamur vocabulo חיל non potuisse scriptore diuino indicari. Putamus igitur, nomini חיל, in illo Geneseos, hanc vim esse subiectam, vt aurum, argentum, aliasque eius generis fortunas et possessiones, declarat idque Onqueloso praeunte, qui verba Mosis כל-חיל vertit verbis ית-כל - נכסיהון. Atque hanc doctissimi hominis interpretationem recte amplexi sunt, praeter plures alios Iarchius \*) et Salomon Melechides \*\*): quorum ille nomini חיל idem significari docet, quod vocabulo ממון, hic illi verbis ממון ורכוש explicat. Sic enim non modo verbis ית-כל - נכסיהון accommodatissimum est, nec dubitari vilo modo potest, quin חיל de omni generis diuitiis, atque adeo de auro, argento, aliisque eiusmodi rebus, dicatur. Boasius certe quidem, Noëmae propinquus necessarius, in Ruthae Historia t) vocatur שגבור חיל, hoc est, interprete Latino auctore, *homo potens et magnanimus opum*: neque alio sensu pater Sauli, regis, dici videtur חיל, hoc est, *homo praediues*: quae tamen verba a Iosepho, optimo auctore, relata esse nouimus ad virtutes atque mores. Vocat t) enim Kifum, Sauli parentem, ἀνδρα γεγονότα καὶ ἀγαθὸν τὸ ἦθος, id est, *virum nobilem et bonum*. Sed videtur non tam ipsius rei, qua de exponitur loco in Commentariis Samuelis, rationem habuisse; ea enim nomini חיל de opum diuitiarumque copia intellegi vtrique iubet quam omnino vsum loquendi Hebraeorum esse sequitur. Nomen חיל dicitur, vt supra significauimus, non tantum de omnium virtutum choro, sed etiam de certo quodam earum genere in

\*) Verba eius haec sunt, חיל ממון ורכוש : ממון ורכוש : ממון ורכוש וכן עשה לי החיל הזה וישיראל עושה חיל ועובר לאחיים חילם. Primus locus est Deut. 8, 17: alter Num. 24, 18: tertius Pf. 49, 11.

\*\*) Scripsit ad h. l. ista פרושו  
r) C. 2. I  
s) I Sam. 9, 1  
t) Archaeol. 6, 5 Basil.

in primis de bonitate et fide, idque propterea, quia, ut omnium virtutum, ita fidei maxime et bonitatis, haec esse vis solet, ut concilient nobis beniuolentiam aliorum atque fauorem, ita, ut consequi omnia, ut impetrare ab iis quaeuis, facile et sine vlllo negotio possimus. Adonias quidem, Davidis filius, Ionathan, filium Abiatharis, sacerdotum principis, nulla sane alia de causa appellauit<sup>v)</sup> אִישׁ חַיִּיל, quam quod videret, eum esse *virum bonum*, qui non staret a Salomonis eiusque amicorum partibus: et Salomon Adoniae, fratri germano, supplici veniamque sceleris et impunitatem petenti, eam concessisse legitur<sup>x)</sup>, hac lege, ut esset בֶּן-חַיִּיל, id est, *vir bonus*, interprete Latino vetere auctore, hoc est, *civis bonus*, qui otium et quietem sequeretur, neque rebus novis studeret;<sup>y)</sup> quam potestatem verbis illis Hebraicis subiectam esse, Iosephus iam, pro singulari sua harum litterarum scientia, praeclare vidit<sup>z)</sup>. Etenim ut בֶּן-חַיִּיל vocabulis et virtutum et vitiorum iungi sic solet, ut significet *eum, qui praeditus est virtute, vitioque, aliquo, in quo est virtus aliqua, vel vitium*; id quod vel ex illo ipso loco librorum diuinorum cognosci planissime potest, quum sententiae contrariae partem hanc, אִישׁ-רָעָה תִּפְצֵא בּוֹ, efferri appareat etiam his verbis potuisse, אִישׁ-יִהְיֶה לְבֶן-רָעָה: ita חַיִּיל de *civibus* ponitur hoc modo, ut *probitatem et pietatem* declaret, hoc est, eam virtutem, quae in eo posita est, ut quis principi, regi, patriae, fidem probet, otium et quietem sequatur, neque rebus novis vlllo modo studeat. Haec vero omnia non tantum e verbis contrariis, אִישׁ-רָעָה תִּפְצֵא בּוֹ, patent, hoc est, *sed*

B 3

si

v) 1 Regg. 1, 42

x) 1 Regg. 1, 53

y) Vid. Vorstius Philol. c. 24 p. 54 To. 2

z) Archaeol. 7, 11 p. 222 Basil.

ἐλθόντα δὲ πρὸς αὐτὸν καὶ προσκυνήσαν-  
τα, ἕως τῆν ἰδίαν οἰκίαν ἀπελθὼν ἐκέλευσε  
μηδὲν ὑφορώμενον, καὶ τῷ λοιπῷ παρέχειν  
αὐτὸν ἀγαθόν, ὡς αὐτῷ τῆτο συμφέρον,  
ἤξιεν.



*se rebus novis studebit* \*) ; רַעַה enim est *studium rerum novarum*  
 atque ex eo, quod Adonias molitus erat res novas, regnum  
 occupare, inscio inuitoque Davide, studuerat; sed et  
 e Versione Chaldaica Ionathae discuntur, qui et haec verba  
 בֶּן-חַיִל, et superiora illa, אִישׁ חַיִל, explicavit verbis  
 רַחֵל חֲסִיִּין, quibus *virum bonum, civem bonum*, significari, quod  
 non vider? Et quum idem ille interpretes Chaldaeus ve  
 וְהָיִיתָ לְאִישׁ, quae leguntur eo loco, <sup>a)</sup> quo Davides mori  
 Salomonem instruxit ad omne officii regii munus, vert  
 וְתָהָא לְגַבַּר רַחֵל חֲסִיִּין, hoc est, *et eris pius erga cives*: e  
 eo magis suspicamur legisse וְהָיִיתָ לְאִישׁ חַיִל, quum eiusd  
 lectionis vestigia compareant in verbis interpretis Graeci,  
 scio cuius, quae a Procopio Gazaeo laudantur, et a Mon  
 falconio inuenta sunt in Codice bibliothecae Parisiensis reg  
 his, καὶ ἔσῃ εἰς ἄνδρα δυνάμεως. Sed admodum vereor,  
 sint verba ipsorum Alexandrinorum interpretum, quorum  
 libris nunc δυνάμεως non legitur. Nam apud Iosephum,  
 fere Alexandrinos Iudaeos sequutus est duces, sed ita, ut o  
 tionem eorum Hebraeograecam correxerit, ut ferre eam  
 res Graecae possent, verba illa Hebraica sic explicata inveni  
 tur, <sup>b)</sup> παραίνῳ σοι — δικάω μὲν εἶναι πρὸς τὰς ἀρχομένους.  
 reuertamur ad propositum. Idem enim Ionathas non mo  
 docet, quae sit vis verbi מְלֵא in oratione Nathae, vatis,  
 Bethsaben, Salomonis matrem, hac, <sup>c)</sup> אֲנִי חַיִל בְּרִיךְ  
 sed etiam ostendit, quae potestas subiecta sit verbo חַיִל  
 verbis Banaeae, satellitum Davidis magistri, istis, <sup>d)</sup> וְאִישׁ  
 יְהוָה. Nam, eo auctore, מְלֵא valet idem, quod קִיַּם, hoc  
 confirmare testimonio suo, quod Iosephus <sup>e)</sup> ἐπιμαρτυρεῖν di

Pro

\*) Iosephus d. 1. εἰπὼν δ' ἂν λέγουσιν  
 ὅτι τι πάλιν καινοτομῶν, ἑαυτῷ ὄντιον  
 τῆς τιμωρίας ἔσσεσθαι.

a) 1 Regg. 2, 2

b) Archaeol. 7, 12 p. 224

c) 1 Regg. 1, 14

d) 1 Regg. 1, 36

e) Archaeol. 7, 11 p. 220

τα δὲ τῷ βασιλεῖ διαλεγόμενης, ὁ πρὸς  
 ἐπισελεύσεσθαι καὶ αὐτὸς ἔφησε, καὶ  
 λόγοις αὐτῆς ἐπιμαρτυρήσεν.

Procopius Gazaeus<sup>f)</sup> βεβαιῶν et verba בֵּן יִאמַר יְהוָה con-  
 vertit hunc in modum, בֵּן יְהוָה רַעוּתָא מִן קַרְמֵי יִי, id est, *haec*  
*euenire deus iubeat, haec deus rata habeat.* Quam quidem eo-  
 rum interpretationem adiuuari videmus Alexandrinorum Iu-  
 daeorum auctoritate, qui ea eleganter sane verterunt, ἄτως  
 πισῶσαι κύριος. Etenim verba γένοιτο ἄτως, quae in libris  
 editis copulata leguntur, diuellenda censemus, ita, vt par-  
 ticula ἄτως cum verbo πισῶσαι coniungatur. Neque vero  
 nos vnquam probasse fatemur rationem eorum, qui verbum  
 יִי in formula יְחִי הַמֶּלֶךְ Latine interpretari solent verbo *vi-*  
*uat*: immo quum sciremus, Hebraeos vitae nomine comple-  
 xos esse omnis generis felicitatem; quum videremus, qui  
 gratularentur regi alicui regnum, eos optare, vt regi non  
 modo vita diuturna, sed omnis generis felicitas regalis, con-  
 tingeret: semper existimauimus, formulam יְחִי הַמֶּלֶךְ esse  
*felix sit rex, floreat rex*, ita, vt verba יְחִי הַמֶּלֶךְ וַיֵּאמְרוּ  
 אֲדוֹנָיִךְ, quae leguntur in Commentariis rerum regum Iudaeo-  
 rum,<sup>g)</sup> reddi recte possent, *et gratulantur Adoniae regnum.*  
 Quem librum quum legere instituissemus nuper ita, vt oratio-  
 nem Hebraicam cum Chaldaica Versione contenderemus: non  
 sine magna animi voluptate cognouimus, Jonathan omnibus  
 locis verbum יְחִי ita explicasse, vt illud explicandum nos  
 suspicatos esse ostendimus. Nam verba Hebraica יְחִי הַמֶּלֶךְ ver-  
 unt, וַיֵּצֵחַ מִלְכָּא, hoc est, *felix sit rex, contingat regi regnum*  
*felix.* Verbum enim וַיֵּצֵחַ etiam in Hebraica lingua vsurpa-  
 tur de iis, quibus omnia succedunt ex sententia, quibus bene omnia  
 et prospere eueniunt atque cedunt, metaphora a viatoribus ducta,  
 qui ita progrediuntur et procedunt, vt nec errent, nec declinent  
 de via. Quo quidem sensu Iosephus, Iacobi filius, a Mose<sup>h)</sup>  
 vocatur וַיֵּצֵחַ מִלְכָּא, hoc est, Symmacho interprete, εὐσ-  
 δόμενος.

f) Schol. ad 1 Regg. 1, 41 ἄνω  
 ἀσέλδων, τὴς ἐκάνης ἐβεβαίωσε λόγους.

g) 1 Regg. 1, 25

h) Gen. 39, 2



δέμενος quod verbum in epistola tertia Iohannis <sup>1)</sup> extat e-  
 dem modo positum, et ab interprete Syro explicatur ver-  
 ολγ. Vocabulo אלהים hodie satis exploratum est signi-  
 cari proprie naturam, et personam, cultu et veneratione dignam  
 ita, vt mirandum non sit, non modo deum et genios bonos  
 sed magistratus quoque et ciuitatum principes, appellatos esse  
 hoc verbo ab Hebraeis: et nomine נביא propheta et vates nomi-  
 minus, quam omnino nuntius atque interpres, indicatur. Vtrum-  
 que vocabulum ita positum occurrit apud Mosen eo loco  
 quo deus hunc Israëlitarum principem iubet Aharone, fra-  
 trem suo, vti interprete profectionis Israëlitarum ab rege Aegypti  
 et petendae et impetrandae. Verba enim dei in Exodo  
 haec sunt, תהיה אלוהים לפרעה ואהרן אחיך יהיה נביאך  
 quae Onquelosus eleganter sane et ita vertit, vt sententia e-  
 rum omnibus pateat, יהיה רב לפרעה ואהרן אחיך יהיה  
 מתורגמןך tu eris princeps regi, sed Aharon, frater tuus, e-  
 tuus interpres, hoc est, tu ostendes, quid facere regem oportet  
 contumaciaeque eius poenas propones, sed Aharon, frater tuus  
 feret regi iussa tua, eique poenas denuntiabit. Princeps enim  
 dat ciuibus leges, praescribitque, quales esse eos oporteat,  
 delinquentibus poenas proponit: sed non agit ipse cum ciui-  
 bus, verum utitur ea in re amicorum et familiarium opere.  
 Sed de verbis singulis satis dictum videtur.

Veniamus ad formulas, quarum innumerabilis pro-  
 modum copia ita explicata est ab interpretibus Chaldaeis, vt  
 qui his adiutoribus vtatur in potestate earum indaganda et  
 periunda, is carere recte omnibus aliis auxiliis possit. Ver-  
 בן יתן recentiores Lexicographi tradant respondere particulae  
 lae Latinorum *utinam*: quod quam vere et recte praecipiatu-  
 Onquelosus docet, qui verba dei apud Mosen <sup>1)</sup> haec

f) V. 2

k) C. 7, 1

1) Deut. 1, 26

מִי־יִתֵּן וְהָיָה לְבַבְכֶם זֶה לְהַשִּׁיב לִירְאָה אֲתָם, sic interpreta-  
 tus est, לֵי דִי־יִתֵּן לְבַבָּא הָרִון לְהִוֵן לְמִרְחַל קַרְמִי, hoc est,  
*utinam hoc sint animo, ut mihi pietatem probent.* Etenim parti-  
 cula לֵי etiam Syri ita vtuntur, vt Graeci verbo ὄφελον.  
 Certe verba Iohannis in Apocalypsi, <sup>m)</sup> ὄφελον ψυχρὸς  
 εἴης, Syrus interpres conuertit, Δύοσι ψυχρὸς ὄφελον.  
 ὄφελον autem verbum optantis est, idem valens, quod  
 εἶθε, Suida auctore <sup>n)</sup>: quam particulam non minus, quam  
 particulas αἶθε et εἰ γάρ, Graeci praemittere solent verbo ὄφε-  
 λον, ita, vt sit *utinam.* Iam vero Alexandrini interpretes  
 formulam מִי־יִתֵּן alicubi <sup>o)</sup> expressere verbis εἰ γάρ ὄφελον.  
 nam loco illo Moſis reddiderunt verbum pro verbo, τίς δώσει  
 e quibus eorum verbis expressa sunt verba interpretis Latini,  
*quis det.* Qua quidem ex re non modo cognoscitur, On-  
 quelosum formulam Hebraicam מִי־יִתֵּן recte interpretatum  
 esse, sed perspicuum etiam est, quantum diligens et accurata  
 comparatio Versionum veterum prodesse possit studiis eorum,  
 qui comparare sibi velint scientiam litterarum Hebraicarum  
 grauem atque idoneam, qua carere necesse sit eos, qui tan-  
 tum recentiorum Lexicorum responsa sequantur: quorum li-  
 brorum conditores debebant sane, Cocceii, optimi iudicis, ex-  
 emplo et admonitu, praecepta de vi et potestate formularum  
 sua ita confirmare auctoritate veterum interpretum, vt Lati-  
 ni Graecique Lexicographi, qui quidem velint in aliquo nu-  
 mero esse, Scholiastarum Grammaticorumque veterum vtrius-  
 que linguae decretis vtuntur ad stabilienda, et quasi figenda  
 ea, quae ipsi de natura et vsu, cum singulorum verborum,  
 tum etiam formularum, statuerint. Sed persequamur dis-  
 putationem institutam. Formularum מִי־יִתֵּן אֱלֹהִים,

et

m) C. 3, 15

n) In v. ὄφελος: ὄφελος, ἢ ὄφελον

ἢ εἶθε — εἰσθητικῶς.

o) Iob. 14, 13

et יהוה לפני התהלך, hanc vim esse, vt declarent *pium aduersus deum, deo pietatem probare, deum pie casteque colere* recentiora Lexica rectissime praecipunt. Etenim eam quid formulam, quam primo posuimus loco, Onquelosus vertit יהוה לפני התהלך, hoc est, *sancte viuere, colere pietatem deum*, nam quum vita hominum comparari in linguis orientalibus soleat cum via, et ipsi homines cum viatoribus: factum apparet, verbo התהלך, sicut in libris Noui Testamenti verbo πορεύεσθαι, subiectam esse notionem vitae. Et nomine התהלך, quum refertur ad deum, declaratur, vt vocabulo Hebraico יראה, et Graeco *Ὁσβος, pietas*. Sed formula altera, יהוה לפני התהלך, ab eodem illo Onqueloso exorta est verbis יהוה לפני התהלך, hoc est, *colere deum sancte caste*. Atque huius interpretationis veritatem et elegantiam Moses ipse et demonstrat et confirmat. In Genesi<sup>1)</sup> enim deum ita agentem cum Abrahamo inducit יהוה לפני התהלך. Atqui satis apertum arbitramur, vtraque formula vnum idemque significari: sed יהוה לפני התהלך valde sanctum esse et castum, abesse ab omni impietate, carere omni pietatis labe, vel ex vsu vocabuli יהוה intellegi potest, quod alio loco<sup>2)</sup> docuimus maxime de victimis *eximis*, יהוה לפני התהלך est, *vitio omni labeque carentibus*, poni. Vnde etiam Alexandrini Iudaei loco illo Geneseos vsi sunt nomine ἀμειπτος est, ἀμωμος, et caeteri interpretes Graeci vocabulo τέλει quod Latinus interpres reddidit verbo *perfectus*. Sed vt lingua Hebraica ducem sequuta est omni in genere ipsam naturam et veritatem, ita vt fere omnia expresserit iis verbis quibus forma et species rei cuiusque, ac modus, quo quae fieret, tantum non subiiceretur oculis: quod quidem

tissim

p) Gen. 5, 22

q) Gen. 17, 1. 24. 40

r) C. 17, 1

s) Prolus. de Versf. Græc. Malac. litterarum et Graec. et Hebræ. criticibus p. 5

ussumum habetur antiquitatis eius indicium: ita illam ipsam ra-  
 tionem diligenter tenuit maxime in iis, quae ad vitam ho-  
 minum, eiusque initia et finem, pertinent. Quem quidem  
 in numerum referendas esse in promptu est formulas **עָצוּר**  
**בְּעַר-רַחֵם** et **פָּתוּחַ אֶת-רַחֵם**. Nam quum **רַחֵם** dicatur  
*matrix*, quam Graeci *μήτραν*, Chaldaei *וּלְרָחַם*, appellant:  
 nemo non videt, **פָּתוּחַ אֶת-רַחֵם** esse *feminae alicui dare fa-*  
*cultatem concipiendi, feminam aliquam iubere esse secundam*. At-  
 que hanc istius formulae vim eleganter aperuit Onquelosus eo  
 Geneseos<sup>t</sup>) loco, quo verba Mosis de Lea, **וַיִּפְתַּח אֶת-רַחֲמָהּ**  
 ita reddidit, **וַיֵּהֵב לָהּ עֲרֵוִי**. Ex quo contrariae formulae<sup>v</sup>)  
**עָצוּר בְּעַר-רַחֵם** hanc esse potestatem, vt significet *feminae*  
*alicui facultatem concipiendi adimere, feminam aliquam iubere esse*  
*sterilem*, quis non intellegit? Certe Ionathas verba, **וַיִּהְיֶה**  
**סִגְרַר רַחֲמָהּ** et **סִגְרַר יְחִוָּה וּבְעַר רַחֲמָהּ**, quae leguntur in Com-  
 mentariis Samuelis<sup>x</sup>), neque ab altera illa formula quidquam  
 discrepant, vertit **וּמִן קִרְם יִי אֲתַמְנַע מִפֶּה וַיִּיר**. Nam vt hic  
 ipse Ionathas Onqueloso non inferiori fuit linguae et Hebrai-  
 cae et Chaldaicae scientia, ita ei nec diligentia cessit in expli-  
 canda formularum Hebraicarum potestate. Apud Hebraeos,  
 vt hoc vtamur, quum quis ostendere vellet, culpam caedis  
 necisque alicuius, non residere in se, sed conferendam esse  
 in eum ipsum, qui occisus esset, vti solebant formula **רָמוּ**  
**בְּרַאשֵׁי**, hoc est, *iste culpam caedis suae omnem conferet in semet*:  
 sed qui fatebantur, se vocandos esse in culpam, non eum,  
 qui necatus esset, dicebant **רָמוּ בְּרַאשֵׁינוּ**, id est, *caedis eius cul-*  
*pa residebit in nobis*.<sup>y</sup>) Hanc vero vtriusque formulae vim  
 cognosci omnium certissime e Versione Ionathae Chaldaica  
 licet, in qua, loco quodam libri Iosuae,<sup>z</sup>) ita explicatae le-  
 guntur, **חֹבֶת קְטוּלָהּ בְּרִישָׁנָה** et **חֹבֶת קְטוּלָהּ בְּרִישָׁה**.

C. 2

Nam

t) C. 29, 31. add. c. 30, 22

y) Cf. Proluff, de Verff. Grr. p.

v) Gen. 30, 18.

116

x) 1 Sam. 1, 5. 7

z) C. 2, 19



Nam nomen  $\Psi\aleph$  his in formulis ita iungitur Pronominibus  
 ut, e Graeca quidem Latinaque ratione, vi carere omni  
 deatur, id quod vel ex eo loco Commentariorum Matthaei  
 potest plane intellegi, quo verba illa Hebraica sic conueni  
 extant,  $\tau\acute{o} \alpha\lambda\mu\alpha \acute{\alpha}\nu\tau\acute{\epsilon}\varsigma \acute{\epsilon}\phi' \eta\mu\acute{o}\iota\varsigma \kappa\alpha\iota \acute{\epsilon}\pi\iota \tau\acute{\alpha} \tau\acute{\epsilon}\kappa\nu\alpha \eta\mu\acute{o}\nu$ , hoc est  
*culpa necis eius residebit in nobis posterisque nostris.* Et eo loco  
 primi libri Regum <sup>b)</sup>, quo Sadocus, sacerdotum princeps,  
 Nathas, propheta, et Banaeas, satellitum Davidis magister  
 aliique duces clari, dicuntur non stetisse ab Adoniae partibus,  
 leguntur haec verba,  $\text{לֹא הָיוּ עִם - אֲדֹנִיָּהוּ}$  iam ut formulam  
 $\text{לֹא הָיוּ עִם - פְּלִנִי}$  ponitur de *his, qui sectam alicuius sequuntur*  
*qui cum aliquo conspirant, qui consilia alicuius adiuvant suis co-*  
*filiis: ita contrariam formulam,  $\text{לֹא הָיוּ עִם - פְּלִנִי}$ , sponte*  
*apparet de iis usurpari, qui non stant ab alicuius partibus, qui*  
*cum aliquo non conspirant, qui non sunt socii adiutoresque con-*  
*siliorum alicuius.* Atque huius formularum potestatis optimus  
 magister habetur Ionathas, qui verba Hebraica ante laudanda  
 sic est interpretatus,  $\text{לֹא הָיוּ בְּעֵצָת אֲדֹנִיָּהוּ}$ , hoc est, *non*  
*erant socii consiliorum Adoniae: quod Iosephus <sup>c)</sup> vno verbo*  
*dixit ἀντέπραττον.*

Neque vero singulorum modo verborum et formularum  
 Hebraicarum vim et naturam patefaciunt Chaldaicae Ver  
 siones lectoribus diuinorum librorum, sed multos etiam locos  
 eos obscuros ita illustrant luce sua, ut, qui sententiam eorum  
 perspicere velit, ei nullis magnopere adiuventis aliis opus  
 esse videatur. Nam quum Rahel conquesta esset apud mar  
 tum de sterilitate sua, et ab eo, non tam postulasset  
 quam flagitasset, faceret, ut ipsa quoque eum augeter liberis  
 atque

a) C. 27, 25

b) C. I, 8

c) Archaeol. 7, II p. 220 συνε  
 γθε δ' εἶχεν Ἀδωνίας τὸν στρατηγὸν Ἰάαβον  
 καὶ τὸν ἀρχιερέα Ἀβιαθάρην μόνον δ' αὐτ-

ἐπραττον ὁ ἀρχιερεὺς Σάδωκος, καὶ ὁ πρ  
 φήτης Νάθαν, καὶ Βαναίας, ὁ ἐπὶ τῶ  
 σωματοφολάκῳ, καὶ Σεμίθε, ὁ Δαβὶδ τοῦ  
 λος, καὶ πάντες οἱ ἀνδρείάτατοι.

atque mater fieret: Iacobus noua hac et singulari mulieris querimonia petulantiaque commotus, eam ita obiurgasse perhibetur,<sup>d)</sup> הַתַּחַת אֵל הַיָּם אֲנִי אֲשֶׁר־מִנַּע מִמֶּךָ פְּרִי־בֶטֶן. Quae quidem oratio quum sit paulo abruptior; quam eius breuitatem facile apparet profectam esse ab animo loquentis commoto; sane mirandum non est, eam aliquid obscuritatis habere. Has vero tenebras dispulit doctrina sua omnium interpretum veterum vnus felicissime, et notiones animi Iacobi complicatas euoluit intellegendissime, Onquelosus. Is enim verba illa Iacobi explicauit hoc modo, הַמֶּנִּי אַתָּה בִּעֵינֵי הָאֵל מִן־קֶרֶם־וַיִּי הַמֶּנִּי אַתָּה בִּעֵינֵי הָאֵל מִן־קֶרֶם־וַיִּי hoc est, *quid petis fecunditatem a me? cur non potius a deo, quem nosse debebas, ut fecunditatis, ita etiam sterilitatis tuae, esse auctorem?* Nam פְּרִי בֶטֶן sunt fetus, liberi, quatenus gestantur in utero matrum, ut Christus, optimus seruator, a Luca<sup>e)</sup> dicitur ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας Mariae: quos Onquelosus adeo eleganter appellat הַמֶּנִּי אַתָּה בִּעֵינֵי הָאֵל מִן־קֶרֶם־וַיִּי, ita, ut הַמֶּנִּי אַתָּה בִּעֵינֵי הָאֵל מִן־קֶרֶם־וַיִּי sit qui te iussit adhuc sterilem esse. Sed aeque eleganter et perspicue idem Onquelosus reddidit verba, quibus celebravit liberalitatem dei erga se Iacobus tum, quum eius auxilium implorauit contra Esauum, fratrem, quem accepisset sibi cum magno agmine occurrere. His enim in angustiis Iacobus vsus legitur<sup>f)</sup> etiam hac oratione, קָשַׁנְתִּי מִכָּל הַחֲסָדִים וּמִכָּל־הָאֱמֶת אֲשֶׁר עָשִׂיתָ אֵת־עַבְדְּךָ, hoc est, *omnia beneficia, quae tu in me adhuc contulisti, tribuisti mihi, nullo meo merito.* Nam חֲסָדִים sunt omnino beneficia, quatenus ab amore dei erga Iacobum profecta erant: quae quoniam documenta habebantur atque argumenta grauitatis diuinae et promissorum constantiae; propterea nomini חֲסָדִים subiunctum est vocabulum אֱמֶת. Haec igitur Iacobi verba Onquelosus sic explanauit, זַעֲרִין וְכֹתִי מִכָּל־

C 3

d) Gen. 30, 20

e) C, 1, 42

f) Gen. 32, 11

מכל - חסדיו ומכל - טובו - זו - עֲבֹרֹת עַם - עֲבֹרֹת, id est, *merita virtutes, meae minores sunt omnibus, quae tu mihi tribuisti, beneficii*. Sed vt hoc quoque in genere appareat id, quod supra ostendimus, Ionathae tribuendam esse parem laudem studii perfectitatis atque elegantiae in explicandis libris diuinis: age, conueniamus quaedam huius virtutis exempla e regum Iudaeorum Commentariis. Dauides enim, rex, paulo ante mortem suam legitur Salomoni, successori, mandasse, vt vlcisceretur caedem Abneri et Amasae, imperatorum, quos Ioabus ita occidisset, vt se simularit iis amicum. Verba Dauidis haec sunt: וַיִּשֶׁם דָּוִד מִלְחָמָה בְּשָׁלוֹם וַיִּתֵּן דָּוִד מִלְחָמָה בְּחַגְרָתוֹ אֲשֶׁר בְּמַתְנֵיוֹ וּבְנַעְלוֹ אֲשֶׁר בְּרַגְלָיו: quae etsi non ignoramus varie explicata esse ab interpretibus antiquis: nobis tamen semper maxime probata est ea ratio, quam Ionathae doctrina et ingenium excogitauit et proposuit. Is enim locum illum ita conuertit, וַיִּשֶׁם דָּוִד מִלְחָמָה בְּשָׁלוֹם וַיִּתֵּן דָּוִד מִלְחָמָה בְּחַגְרָתוֹ אֲשֶׁר בְּמַתְנֵיוֹ וּבְנַעְלוֹ אֲשֶׁר בְּרַגְלָיו: quae quidem verba putabamus esse sic explicanda, *Qui occidit eos fraude: putasse videtur, eos occidi a se posse, ut hostes etos, sed occidit eos per insidias, simulans se iis amicum, cruore eorum infecit et balteum suum et calceos*. Etenim vt pro יַהֲוִי reponendum videtur דָּוִד, quum idem numerus sequatur ita וַיִּשֶׁם eiiciendum censebamus, quum praecederet Pro-nomen לָהּ, quod ad verbum יַתְחַשֵּׁב referretur. Sed דָּוִד Ionathas recte addidit, quia Ioabus vtrumque imperator dolo et fraude interfecisse perhibetur: <sup>h)</sup> verba מִלְחָמָה accepit de *caede hostium*, qui caeduntur in pugna et acie, b tempore: et verba וַיִּשֶׁם בְּשָׁלוֹם reuulit ad insidias, quas Ioabus vitae Abneri et Amasae fecit, pacis otiique tempore, vt se iis amicum simularit. Praeterea pro דָּוִד מִלְחָמָה, quae v

g) 1 Regg. 2, 5

h) Vid. 2 Sam. 3, 27 ff. 20, 1

ba post verbum יָיָא extant, scienter posuit יָיָא, quum ad Abnerum et Amasiam pertineant: et vt Pronomina in verbis בְּחַנּוּרְתוֹ et בְּנַעֲרוֹ intellegenter omisit, quum vis eorum sequentibus verbis contineatur: ita verbum יָיָא praeclare expressit verbis נֶאֱשַׁר et וְרָשׁ. Nam quum gladius cruentus reconditur in vagina, fieri non potest, quin ipse balteus, propter quem dependet gladius, crubre inficiatur non minus, quam calcei interfectoris. Atque eandem diligentiam et doctrinam probavit Ionathas in explicando eo loco, quo Dauides Salomonem iubet secum coenare finire filios Bersellae, Gileaditae, quod ipsi erga se militesque suos vsi fuerint eadem liberalitate in fuga. Verba regis sunt, כִּי־כֵן קָרְבוּ אֵלַי<sup>i)</sup> quae Ionathas vertit, אֲרִי אֲנֹן סָפִיקוּ צָרְכֵי, hoc est, *nam praebuere, subministrauere, mihi meisque commeatus copiam.* Nam צָרְכֵי a Chaldaeis dicuntur ea, quae Graeci ἐπιτήδεια vocant. ἐπιτήδεια autem complectuntur *res omnes ad viuendum necessarias, victum,* atque adeo, quum ad milites et exercitum referuntur, *commeatum.*<sup>k)</sup> Iam vero Bersellas pater legitur<sup>l)</sup> Dauidi eiusque militibus subministrasse omnis generis commeatum tum, quum, traiecto Iordane, venissent ad locum, cui nomen erat Machanaim. Quae quidem omnia magis etiam et planius cognosci ex iis verbis licet, quibus hanc ipsam rem complexus est Iosephus<sup>m)</sup>, optimus auctor, Οὐ προκατάρχομεν γὰρ εὐποιίας, ἀλλ' ἀμοιβὴν, ὡς ὁ πατήρ αὐτῶν παρὰ τὴν Φυγὴν ὑπῆρξέ μοι, χρεολυτῶμεν, hoc est, *neque enim lacessimus eos liberalitate, immo respondemus sic humanitati, qua usus est pater eorum in me tum, quum essem in fuga.* Nam ὑπόρξαι, addito Casu secundo vocabuli, quo, vel beneficentia, vel ipsa beneficia, declarentur, eleganter dicuntur auctores beneficiorum et benignitatis, qui alios lac-

i) 1 Regg. 2, 7

k) Vid. Xen. Cyrop. 1, 6. 9. 15.  
6, 1. 10 —.

l) 2 Sam. 17, 27 ff.

m) Archaeol. 7, 12

cessiuerunt liberalitate<sup>n</sup>). Atque ex haecenus disputatis speramus perspicere planissime posse a quoque, quot quantique fructus collegi et percipi possint e Versionibus Onquelosi et Ionathae ab iis, qui naturam et indolem linguae Hebraeae accurate cognoscere, qui libros diuinos et recte intellegere, et rite interpretari, discere velint.

Etsi enim scimus diuturnoque vsu cognouimus, ab indagatoribus litterarum Hebraicarum librorumque sacrorum lectoribus diligentibus peti posse plura alia auxilia ex iisdem Versionibus Chaldaicis; comparent enim in iis vestigia magna copiae notionum multorum verborum, quas praetermissere fere vulgaria Lexica; multorum locorum vera lectio, reperiri, earum indicio, vel confirmari, auctoritate eadem, potest: tamen non placuit attingere nunc bona in quibus videbamus, nos iis, quae haecenus differuissimus consilium assequuturos esse nostrum: quod quidem hoc fuit, cohortaremur adulescentes liberales, in primisque disciplinae Thomanae alumnos, ad linguae Chaldaicae studia. Et vehementer laetamur, cohortationes nostras priuatas hoc genere tantum valuisse adhuc apud nonnullos eorum, ut susceperint amorem litterarum Chaldaicarum, et earum scientiam, editis speciminibus, probarint iuuenilis doctrinae fauoribus: ita confidere posse videmur, praesertim quum consilium nostris omnibus nihil, nisi salus doctrinae et religionis, propositum sit, hac publica cohortatione nostra etiam aliquantulum plures commotum iri, ut se conferant ad studium harum litterarum, in eoque multum temporis et operae ponant. Quae quidem ad laudem et grauitatem eos non modo excitare potest est paucorum illorum liberalis industria, sed impellere etiam debet diligens cogitatio beneficiorum, quibus cotidie cun-

n) Vid. Valquenarius Diatr. in Eurip. dramatum perditorum r. quias p. 241

lantur, cum ab ordine Amplissimo, tum ab aliis principibus, ciuitatis nostrae. Nam profecto Schola Thomana mirifice instructa est iis bonis et ornamentis, quibus industria adolescentium liberalium, vel excitari et adiuuari, vel augeri et acui, possit, adeo, vt recte omnium Saxoniae scholarum princeps et regina poni hoc in genere posse videatur. Neque enim modo victus cotidianus, aliaeque res ad viuendum necessariae, gratis praebentur sex et quinquaginta pueris atque adolescentibus, quo operam dare litteris securi possint, sed sapientia multorum ciuium potentium etiam ita prouidit rationibus et virtutis et doctrinae studiosissimi cuiusque, vt iis et in Schola distribuerentur cotidianis, non semel, sed saepius, instrumenta doctrinae idonea, hoc est, libri Graeci et Latini, et in Academia darentur ea, quibus cursus studiorum iuuenilium adiuuaretur. Atque horum Scholae fautorum numerum auxit nuper Vir suo in ordine honestissimus et potentissimus, *Ioh. Thomas Richter*, mercator primarius, qui ei centum minas testamento reliquit. Cuius quidem liberalitatis singularis; hominis enim est, non temporum; vt extaret memoria; vt viderent ciues Lipsienses, alumnos Scholae nostrae non minus, quam magistros, quam gratissimos reperiri velle erga Euergetas suos et beneficiorum quam maxime memores: constituit, admonitu nostro, cras hora 7. vespertina, in Auditorio classico, persequi Oratione Latina atque celebrare *bona et ornamenta Scholae Thomanae et communia et praecipua*, probatissimus nobis Adulescens, **GO**  
**DOFIEDVS THOMASIVS**, Lengefelda Nariscus. Quam Adulescentis optimi Oratiunculam, agite, ita audiemus, Collegae Optimi, cum nostris discipulis, vt non modo gratia summas agamus habeamusque deo Optimo Maximo, quod conseruatit Scholae hoc anno illa bona, sed eum etiam rogemus supplices, velit ea nobis proximo quoque anno conseruare. Quod vt fiat quam felicissime, implorabi-



mus numen eius omnibus precibus, vt Patronos Scholae Amplissimos, vt Antistitem eius et Curatorem, Viros, et dignitate munerum, et meritorum in rem Christianam et publicam multitudine, conspicuos, vt vniuersam ciuitatem Lipsiensem, florere semper omnibus bonis iubeat. Nos vero id agemus studiosissime, vt discipulos omnes vti recte tot tantisque beneficiis doceamus, hoc est, vt cohortemur eos assidue ad studium omnis virtutis omniumque litterarum, atque iis vias monstremus ac muniamus, quibus peruenire aliquando et possint et debeant ad laudem idoneae, publiceque et priuatim utilis, doctrinae. Scripsi Lipsiae in Schola Thomana a. d. III. Kalendas Ianuarias A. C. C I D I C C L X X V

---

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIA

